sliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, Bello, Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Blazowski alteri adscribit

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibusque Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Stephanus Blazowski Socha olim Nobilis Fedorij Blazowski Socha cum sua Nobili Marina Chocislawska Consorte eius legitima procreatus Filius, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis 169 quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti requo Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit, Quia ipse ad Summam Originalem Quinquaginta Florenorum Polonicalium per sui praescriptionem olim Parentem suum, olim Nobili Regina Sulatycha olim Nobilis Strehoni Blazowski Leszkowicz Consorti Legitimae Actis Officii praesentis inscriptam, et super Bonis suis propriis videlicet Laborioso Michajlo Leszkow in una quarta parte agri residente in Villa Blazowska Wola Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens modo obligatorio de Anno ad Annum, in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto assecuratum nunc demum summam Quinquaginta Florenorum Polonicalium

1908.

realiter et in effectu per manus infrascripti obligatarii sui levatis et perceptis adscribit, associat et in unum copulat, ita ut Summae simul iunctis efficiant Summam Centum Triginta Florenos Polon: In qua quidem Summa simul iuncta et in unum copulata, Centum Triginta Florenorum Polonicalium idem Recognoscens suprascriptus Nobilis Stephanus Błażowski Socha Bona sua propria et haereditaria videlicet suprascriptum Laboriosum Michaelo Leśko in quarta parte agri in Villa Błażowska Wola residentem cum uxore et liberis eiusdem cum tota supellectili domestica ipsius, cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate, tituloque obligatorio cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis et obventionibus quibuscunque, nec non memorati subditi laboribus, censibus, laborationibus, vecturis, muniis, officiis et obsequiis quibusvis, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, Nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis, accessionis, competentia et praerogativa pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late, longe, circumferentialiterque prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto Generoso Hieremiae Błażowski, olim Nobilis Hrehorij Błażowski cum suprascripta Nobili Regina Sulatycka Conski legitima procreato filio eiusque Posteris in Exsorte eius tempus in Inscriptione Originali obligatoria expressum, (quam Inscriptionem Originalem obligatoriam per praesentem Adscriptitiam, et praesentem Adscriptitiam per illam

per illam obligatoriam in toto et per omnia confirmat et ratificat) obligavit, inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesentibus. Ingpa quidem Bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata, iam ex nunc et de facto is idem Recognoscens Nobilis Stephanus Blazowski praefato Generoso Hieremiae Blazowski obligatario suo eiusque Posteris, coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos de quacunque voluerit Officiose acceptandam. Per ipsum obligatarium suum ipsiusque Posteros hac eadem Bona praemissaque omnia praesentibus invadiata cum universis eorundem Utilitatibus et Ususfructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos, siquorumque Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac iure obligatorio, Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Stephanus Blazowski prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summoque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, eidem suprascripto Generoso Hieremiae Blazowski obligatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis, praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscentem invadiatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumvis personarum

cuiuscunque Conditionis Status et Sexus cuius sit existentis
excvienda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties,
quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere et
eliberare indemnemque cum Posteris reddere nec non
haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus per se
Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in ge-
nere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus
super praemissa omnia modo quovis cuicunque Personae
factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Cratonibus
super eadem Bona suprascripta modo quocunque im-
portatis et importandis Luenis denique et Perlucris Pro-
cessibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gra-
du Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesenti-
bus obligatis perductis et perducendis, emundare et
eliberare, mundaque et libera semper facere. ac etiam
Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam
in fundo Bonorum praefatorum praesentibus inuadiato-
rum, dum per Ministerialem competentem, et Nobiles
duos officiose requiretur, non denegare immo debebit
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter ad-
mittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et
usumfructum praemissorum omnium praesentibus inuadiato-
rum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis
submissas et subordinatas personas non praepedire
nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illius
Posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo
modo inturbare, ita ut haec eadem Bona praemissaque
omnia praesentibus inuadiata, idem obligatarius suus

cum suis Posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptio-
nis obligatoriae Vigore tenere, habere, et possidere que-
at, illisque uti frui possit, usque ad exemptionem Bo-
norum eorund[em], Summaeque memoratae simul iunctae tota-
lis et integrae realem et effectivam persolutionem. Idq[ue]
sub Vadio Summae simul iunctae Centum Triginta Florenorum
Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Stepha-
num Błażowski Socha sive eius Successores suprascri-
pto Generoso Hieremiae Błażowski Obligatario suo, vel
ipsius Successoribus ob non completionem praemissorum omni-
um et singulorum tam in parte quam in toto, toties quo-
ties opus fuerit ad solvendum succumbendo, Pro quo
quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito,
ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa com-
plenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis
Stephanus Błażowski Socha, vel eius Successores ad
instantiam memorati Hieremiae Błażowski sive ipsius
Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Praemysliense extunc recessu suprascripto quoad respon-
dendum spectat mediante, semper in primo citationis Ter-
mino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, responde-
re, Vadium praedictum luere Inscriptioni praesenti sa-
tisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seque, ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obli-
gat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium,
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem
Terminos semper peremptorios, vera infirmitate,
primaioris, minorennitate, Successorum legatione,
intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muni-

1912

menta ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea, ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac promissa omnia Literis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri, bello, convenitioneque, ac aliis omnibus Iuris et defensis nonsubterfugiendo, necmodo alio quovis evadendo. Hac sua personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Popiel Hawryłowicz Winnickiemu obligat.

770 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Alexander Popiel Hawryłowicz, olim Nobilis Klim Popiel Hawryłowicz Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Pola Orneg[o] zagonow dziesięc z Stanożeczy na Źniatynie in Sorte Ihnatowiczt y Hermanowskich. Item Uroczyszcza na Bortnowie zagonow dwa. Item z Kołodziejszka zagonow